

^a Cibus ipsis pisces, hos resupinati,
^f Plin. H. N. ut diximus, ^f capiunt. Quantum ad
^{i. 9. c. 24.}

^{Generationem,} ore parere perperam
sibi Aegyptii persuadebant. Coitus
diversus, visa ex cartilagineis non-

^{g Aristot. H.} nulla, quae ^g aversa canum terre-
^{A. 4. 5. c. 5.} strium more cohaerebant. Plani qui

caudam habent, non solum admo-
tis supinis, sed etiam terga foemina-
rum, marium supinis superpositis,
modo caudae crassities nihil impe-
diat, coeunt. Quia semine non abun-
dant, nec foeminae suos conceptus,
nec mares suum semen spargere,
quod generis non vivipari pisces fa-
cere solent, visuntur. *Ova* eodem
tempore et superiore parte ad pae-
cordiorum septum omnibus, cum
majora tum minora multa, et inferio-
re jam exclusi foetus; diversitas in-
ferius patebit; quod non omnia si-
mul, sed saepe numero ac diu edunt;
interim quae in ima matrice sunt,
concoquuntur; eodem mense saepe et
parere et coire crediti sunt. Super-
foetare, et senis complurimum ute-

^{h Aristot. H.} rum ferre mensibus, author est ^b Ari-
^{A. 4. 3. c. 1.} stoteles. Ex alto terram repetunt,
ubi pariant. Sic teporem captant,

et proli provident. Pariunt autem
vere animal; hinc partus viperino ⁱ Aristot. H.
similis; si quid in quibusdam differen-
tiae occurrit, in sequentibus dicetur;
discrimen sane ipsi pisces inter se
ostendunt; senos vel octenos, unde-
cim interdum si Rondeletio creden-
dum, foetus suis partibus absolutos
pedali longitudine diversis tempori-
bus parere scribit Bellonius; perae-
pe vivo emergente foetu, ovis adhuc
crudis, scatere uterum, superiorem
ejus partem, quae ad septum est oc-
cupantibus, eorumque alia dextro
alia sinistro matris cornu concludi,
adjicit; quod Galei metu insidiarum
catulos devorent; his ^k evanescenti-
bus revocent, prodidere antiqui, et
ad *Ingenium* referri potest. *Antipa-*
thiam cum *Pattinaca*, qua nihil ve-
nenatus ex mari, exercere, apud
Plinium ^l invenies. Tanta est avi-
^l Plin. H. N.
^{i. 32. c. 2.} das ipsius veneni.

Usus Cartilagineorum in *cibis* ra-
rus. Caro est concoctu difficilis, diu-
turno usu, visum hebetare, proditum
a Diphilo. Exenteratos quosdam abs-
que sale insolari ex *Ephippo* colliges;

τεμαχίτης ipsi est.

ARTICVLVS II.

De Cartilagineis Longis.

PVNCTVM I.

De Cane Aristotelis, seu Carcharia.

TAB. VI.
4. 5. 6.

^{a Aristot. H.} Primum inter Cartilagineos longos
^{A. 4. 5. c. 11.} locum Galei seu Musteli inter hos
^{b Oppian.} Kύων seu Canis, vel quia hoc in gene-
^c v. 374. re maximus, sibi vendicat. *Galeus* hic
^{d Theophr.} simpliciter ^a Aristoteli; *Galeus Canis*,
^{e Plin. H. N.} ^b Oppiano; *Canicula*, ^c Plinio; *Car-*
^f Halieut. 1. 1. ^d *charias*, quia dentibus plurimum va-
^e llet, Theophrasto: ^a aliis *Scylla*. Perpe-
^{l. 4. c. 8.} ram Rondeletio, ex Nicandri autho-
^g ritate, *Lamia*. Nam et inter planos
^h Cartilagineos ^e a Plinio refertur, et
ⁱ incredibile est, tantae magnitudinis
pisces, qui loricatos etiam homines
devoret, planis ab eo accenserit posse.
Potuit Nicander Carcharium La-
miam propter aliquam naturae simi-
litudinem vocare, et Siculis Rana
marina Lamia dicitur. Cete non esse,
vel exinde colligas, quod et bran-
chias habeat, et ova concipiatur.

Magnitudine Galeos omnes exce-
dit. Viuis mille libraru[m] pondere me-
diocris. Captus, quiad quatuor libra-
rum millia accederet. Inventus in quo-
dam loricatus homo est; alter, currui
impositus, vix a duobus equis trahi
potuit. Cute aspera integitur. *Os* ipsi
non in rostro, quod in mucronem
exporrectum, sed supina parte est.

Caput amplissimum. *Dentes* trian-
guli forma, durissimi, acutissimi, utrin-
que ferrati, seno ordine dispositi. Pri-
oris ordinis extra prominent, et in an-
teriore partem vergunt; secundi
rari sunt; tertii, quarti, quinti, et sex-
ti, in os maxima ex parte recurvi, in
utraque maxilla carne molli conte-
guntur; quaelibet maxilla duos et se-
ptuaginta comprehendit.

Oculos habet maximos rotundos; in
quibus tunica cornea parte anteriore,
poste-